

Quid est Arithmetica?

EST bene & artificiose numerandi & computandi scientia.

Circa quid versatur Arithmetica?

Circa numerum.

Quid est Numerus?

Est multitudo ex unitatibus collecta, ut:

2 3 4 5.

Numerus quomodo diuiditur?

In digitum, articulum & compositum.

Quid est Digitus?

Est numerus denario minor, ut 1 2 3 4 5 6 7 8 9.

Quid est Articulus?

Est numerus, qui in decem æquales partes diuidi potest, ut: 10. 20. 30. 40. 50. 60. 70. 80. 90.

Quid est numerus compositus?

Est qui ex articulo & digito nascitur, ut: 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 29.

Quot sunt Arithmeticae

Species?

Sex præcipuae.

Quæ?

Numeratio, Additio, Subtractio, Multiplicatio, Diuisio, & Progressio: quarum omnium usus in regula Detri ostenditur.

A S

DE